

**2428** nella pieve Contrapò dentro la chiesa di S. Martino LIGORIUS; Ferrariae in ecclesia S. Martini PEIRESC.; era la sommità della torre campanaria con la palla, ove sta la croce addit GUARINI.

D · M  
PHILLIAE · M · F · MAR  
CELLINAE · CON  
IVGIS · SANCTAE  
5 ET · SVIS  
TI · CLAUDIVS · GRA  
PTVS · V · P

Ligorius ms. Taur. 8, Ferr. p. 28, a quo fere pendent posteriores: Guarini 1621 p. 402; Baruffaldi mon. f. 33 ex Ligorio; Mur. 1387, 6 ex schedis suis; Frizzi 1, 236 ex Ligorio et Guarinio. Ex ipso lapide tamen videtur dare Anonymus Peirescii cod. Par. 6012 f. 150, quapropter retinui; nam nisi hoc testimonium accessisset, propter nomen gentilicium rediens in Ligorianis n. 150\*. 151\* desumptumque ex genuina, sed corrupta n. 2388 posuissem in falsis. Suspecta certe vel sic est.

Versus non divisit Peiresc. — 6 AGRATVS pro GRAPTVS idem.

**2429** basis quadrata litteris rudibus cum foramine. Rep. 1791 lungo la via che da Ostelato conduce a S. Zagno sull' orlo delle valli di Comacchio in un fondo detto Nogarola di Gius. Maccanti, apud quem extat CAVALIERI. Hodie Ferrariae in museo.

POSILLAE

protome  
puellae  
RRACILIVS TI  
IMVNIS · D · S

Contuli. Ios. Cavalieri vicarius Libollensis in ep. ms. (inter Antonelliana) ad Fr. Leop. Bertoldium 9 Mart. 1791 et apud Frizzium 1 (1791), 256 tab. 6 n. 35 et *storia di Libolla* (1796) p. 77.

**2432** Ferrariae in ecclesia eius qui Plutonem expulit (sive S. Michaelis) FELIC. FERR. MARCAN.

RVFAE · ET · MARVLL  
H · O · I

Servavit Felicianus cod. Marc. f. 27, cod. Ver. f. 46. Inde reliqui: Marcanova Mut. f. 134'; Ferrarinus Trai. f. 37', Reg. f. 58'; Priscianus vol. 1 f. 10 ex Marcanova (inde Mur. 1738, 2 ex annalibus Prisciani); Ligorius Taur. 8, Ferr. p. 41; Guarinius 1621 p. 169; Baruffaldi mon. f. 27 ex Ligorio; Scalabrini ms. a prioribus; Frizzi 1, 234 item.

Versus divisi ad Felicianum (Marc.).

**2434** Ferrariae in ecclesia S. Salvatoris.

D · M  
TITATIAE · Q · F · SECVNDINAE  
VIX · ANN · III · MENS · XI · DIEB · XXV  
TITATIVS · · · · ·

Sanutus cod. Ver. f. 98 eodemque exemplo Mur. 1502, 12 ex schedis Ant. Scoti et Ginannianis.

2 TITACIAE, 4 TITACIVS Scotus.

**2430** origine opinor Dalmatica; cf. vol. III n. 2754. 2794. 2795, ubi redit Turi vocabulum. — Pomposiae extra portam vestibuli monachorum MARCANOVA. Ex meridionali pariete labentis coenobii Pomposiani delata Ferrariam in museum SCALABRINI et POSTERIORES. — Inter Naronenses LIL.

protome  
mulieris  
PRIMAE · TVRI · L  
EX · TESTAMENTO  
IN · F · P · XIII  
IN · A · P · XV

Contuli. Marcanova cod. Mut. f. 206'; Ferrarinus cod. Traiect. f. 82', cod. Reg. f. 119'. 120'; Redianus f. 91 (inde Gud. 188, 5); Lilius f. 75; Gammarus f. 95; Sanutus f. 98; Mur. 875, 3 auctore non adscripto. Ex lapide Scalabrini apud Mur. ms. et ed. 1731, 6 (qui dat ex schedis suis) et inscr. n. 20; Zaccaria exc. 2, 162; Donat. 426, 15; Federicius rer. Pomp. histor. 1 (1781), 79; Filiasi mem. ed. 1 3, 94, ed. 2 2, 88; Frizzi 1, 253 tab. 5 n. 22; Amati ms.

1 TVRM pro TVRI · L auctores ante Scalabrinum. — 3. 4 rudioribus litteris scripti postea videntur adiecti esse.

**2431** Ferrariae fratres Carmelitani S. Pauli repererunt a. 1523 prope burgum q. d. ignis mortuus una cum vasculis cretaceis in sepulcro; lapis videtur extra ianuam monasterii PAULUS.

.....  
ELECTVRIO · ELECTVRIE  
ET · QVARTONI · EILIO · P · P · P · C

Paulus de Legnago qui vidit adiecit ad Priscianum. Inde male Scalabrini ms.; Frizzi 1, 240.

**2433** Maieri in ecclesia S. Viti, quo delata est ex Trebia LIGOR. 17. Sine loci indicatione inter Ferrarienses LIGOR. 8. *S. Vito nel muro della casa del Rettore* ANONYMUS a. 1626.

D · M  
C · SANICI  
C · F · SABINI  
TREBIA

Ligorius ms. Taur. 8 (in schedula adglutinata) et 17; Frizzi 1, 244 ex Anonymo a. 1626.

1 D · O · M Frizzi. — 2 C · SENICI Lig. 17. — 3 C · F · ALINI ANON. — Trebia cum et in indicatione loci ponatur et in ipso titulo, Ligorius altero utro loco fraudem admisisse putandus est.

**2435** in villa Maderii SARDUS. In villa già Mederii, oggi Maiero [Mareto ed.], 3 m. oltre Belriguardo LIGORIUS 8; rep. in valle Trebiae in confiniis Comacchii, extat Maieri in ecclesia S. Viti LIGOR. 17. Servata apud dominos de Karolis in villa Sandali apud viam BARUFF., BORSETTI. Una volta in Gatteo, terra della diocesi Riminese, or trasportata in Montebello della diocesi di Montefeltro, ambedue appartenenti ai Marchesi di Bagno MAFFEI et NOV. FLOR. 1757. Montebelli BLANCUS FRIZZI LABUS TONINI.

T · TRVPPICVS · T · F      PAPIRIA · T · F · TERTIA  
protome      protome

CERNIS · VT · ORBA · MEIS · HOSPES · MONVMENTA · LOCAVI  
ET · TRISTIS · SENIOR · NATOS · MISERANDA · REQVIRO  
EXEMPLIS · REFERENDA · MEA · EST · DESERTA · SENECTVS  
5 VT · STERILES · VERE · POSSINT · GAVDERE · MARITAE

protome  
T · TRVPPICVS · T · F · F

Al. Sardus et sua manu et aliena in add. ms. ad Priscianum (cit. Casp. Sardus hist. 1556 p. 17. 18); Ligorius ms. Taur. 8, Ferr. p. 34 (inde Fabrett. 652, 451) inter Ferrarienses, denuo ms. Taur. 17 inter Comacchienses; Baruffaldus f. 15 ex Ligorio, etsi locum diversum indicavit; Borsetti hist. gymn. 1 (1735), 6 omnino ex Baruffaldio; Scalabrini inscr. n. 29 ex eodem. Denuo ex lapide Maffei *oss. lett.* 6 (1740) extr. et Mur. 1756, 1, uterque ab Iano Blanco medico Ariminensi; Nov. Florent. 1757, 69; Frizzi 1, 251 tab. 5, 20; Labus ad Viscontium opp. var. 2, 490 ex Nov. Florent.; Tonini Rim. p. 386, 5. Burmann anth. lat. 4, 265; Meyer n. 1365.

1 PAPIRIA Lig. — TERCIA Sardus. — 3 NATVS Lig. — 4 MEIS pro MEA · EST Frizzi. — 5 VIRI pro VERE Sardus Lig. — MARITI Sardus Lig. — 6 T · F · FELIX Lig. 17, T · F (om. F) Lig. 8, ubi haec adhaeserunt ad n. 2427, puto quod Sardum exscripsit incuriose.

**2436** ex valle Trebiae delata in vicum Maiero in ecclesiam S. Viti LIGOR. Ex plebe S. Viti (intus olim servabantur reliquiae SSS. Modesti Viti Crescentiae; deinde tenuit aquam lustralem ad ianuam basilicae) translata Ferrariam ad Baruffaldium SCALABR. Ferrariae in aedibus Baruffaldi PACIAUDI. 'Modo translata Pisaurum per Ioh. Bapt. Passerium' SCALABR. postea adscripsit. Inter Pisaurenses reperiri negant collegae.

OSSA  
T · TRVPPICI  
T · FILII

Ligorius ms. Taur. 17; Scalabrini apud Mur. ms. 19, 227 et inscr. n. 41; Paciaudi Ripatransone (1742) p. 177; Frizzi 1, 254 tab. 6 n. 3 ex Scalabrinio, sed videtur repperisse etiam apud Anonymum a. 1626. Inter Baruffaldiana non inveni.

2 TRVPPIGI Lig. — 3 FILII Scalabr., F Lig. Pac. — Non satis constat de tituli sinceritate, nam Ligorius fingere potuit ad n. 2435, Baruffaldius potest novisse ex Ligorianis per Anonymum a. 1626 et denuo incidendum curasse. Sed casum ita implicatum difficulter admittemus.